



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

IV. De patrino confirmationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

I. **Q**UAERO. *An debeat esse alius à Patrino baptismi?* R. quod sic tamen in necessitate potest idem esse.

2. **Q**UAERO. *An debeat esse confirmatus?* R. affirmativè, alioqui non contraheret cognationem, & graviter peccaret. Hæc est communis sententia,

3. **Q**UAERO. *An debeat esse unicuique?* debet esse unus vel una, aut unus & una juxta constitutionem Concilii Tridentini. Et quidem in Belgicis Ecclesiis optima est consuetudo: ut in confirmatione viri non teneant fæminas, nec fæminæ masculos. Si non multiplicentur impedimenta matrimonii.

4. **Q**UAERO. *An possit uxor viri sui prolem ex fornicatione cum altera ante matrimonium natam suscipere in Confirmatione?* R. non posse, quia sic cum viro contrahit cognationem, quam multi DD. putant à debito conjugali petendo impedire. Potest tamen ignorantia juris vel facti hic excusare. V. de *Sta de Patrino in Baptismo.*

¶ *QUAERO. An Parochus debeat confirmatos in libro describere? Resp. hoc est inconvenientissimum, maxime quando pueri confirmantur, ut postea certius sciatur ex registro de eorum confirmatione, ne iteretur. De hac re sic ordinat. Illust. Antonius Alberg. Nuntius Apostolicus in Decretis pro Diocesi Leodiensi: Scribat Parochus in libro status animarum nomina omnium confirmatorum, & Patrinorum, nec hoc minus in Suffraganeū reijciatur: ille enim est Minister Sacramenti, iste est Pastor, & ad istum spectat instruere populum suum, non autem ad illum. Hæc ipse.*

Hinc ibidem docet teneri Parochū docere confirmatorum Patrinos quam obligationem habeant, & nullum ad hoc officium debere admittere, qui non sciat rudimenta fidei. Sunt tamen qui existimant, strictè loquendo, non teneri Patrinum Confirmationis ad instructionem confirmati, quia hoc non reperitur jure expressum sicut de Patrinis Baptismi; ita Coninch & Laym. cum Henriq. Sed contrarium docet Sylvi⁹, & a-

& a-

& alii, putoq; teneri, si ali' nō instruat.

6. *QUAERO. Quinam prohibentur esse patrini? Resp. hac de re sic ordinat Parochiale Leodiense pag. 46. conformiter juri communi. Non confirmatus non debet esse patrinus, nec teneri alium ad confirmationem; nec excommunicatus, nec haeticus, nec publicè criminofus, nec Religiofus.*

Addit. ibid. pap. 47. *Confirmati caput fascia, linea ob| Chrismatis reverentiam ligatur, qua tertio die à Confirmatione per sacerdotem, si haberi potest, deponi debet, & frons cum sale & aqua, ac stippa reverenter tergi, ipsaque fascia cū stippa exuri in sacrario, vel in alios sacros usus per sacerdotem applicari.*

In liganda autem fascia, velea dissolvenda, nulla prorsus affinitas, vel spiritalis cognatio contrahitur. Hæc ibi.

7. *QUAERO. An qui per errorem teneret filium Petri putans esse filium Pauli, sive in Baptismo, sive in Confirmatione contrahat cognationem? Responfio negativa probabilis est, quam habet Sanchez de matr. l. 7. disp. 58. Colligitur ex*

2. de cogn. spirit. ubi habetur non arceri
 conjugē à debiti petitione, qua per igno-
 rantiam leva vit filium mariti. Ex quo
 textu colligunt Doctores, requiri sci-
 entiam & animum ad contrahendam
 cognationem. Ita Sanchez, cui contra-
 dicit Basil. Pontius, dicēs errorem per-
 sonæ in casu proposito, esse tantum
 circa accidentalia, ideoque non impe-
 dire officium Susceptoris, sive Patris
 spiritualis; nec idem esse de uxore,
 quia jus id voluit de illa, eò quòd Ma-
 trimonio contracto non convenit su-
 pervenire impedimentum cognatio-
 nis, si ignorantia excuset. Sed mihi vi-
 detur utrobique eadem ratio, non e-
 nim convenit etiam huic supervenire
 impedimentum, qui juste recusaret ef-
 se patrinus, si sciret esse filium Petri qui
 putatur esse filius Pauli; quia meritò
 potest velle cognationem cum Paulo
 & ejus uxore ac filio, quam tamen non
 vult cum Petro, & ejus uxore, ac filio,
 & maximè ob impedimentum Matri-
 monii hinc inde oriundum.

TRA-